



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De decollatio[n]e s[an]cti Joha[n]. bap[ti]. Cap[itulum]. cxxxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse augusti occurrētibus. Fo. ccvii.

poze ferreoli in eodem sepulchro vienne loca-
retur: corpus hō iustitiam sine capite aluerit re-
conderetur. Qui passus est. v. kal. septembris:
De decollatiōe scti Johā. bapti. Cap. cxxvii.



Decollatio

sancti iohānis ba-
ptiste quattuor ex
causis instituta fuit
se videf: vt dī in libro mitra-
li. Primo ppter ipsius decol-
lationē. Secūdo ppter offiū
ipsius cōcremationē ⁊ colle-
ctionē. Tertio ppter capitis
ipsius inuētiōes. Quarto pro-
pter digiti eius translationē: ⁊ ecclesie dedica-
tionē. Primo celebrat hoc festū ppter ipsius
decollationē: que hoc modo facta est: vt i hysto-
ria scholastica legitur. Herodes em̄ antipas fi-
lius magni herodis ascalonite: romam profici-
scens: ⁊ per fratrem suū philippū transitum faci-
ens: cum herodiasē vxore philippi cōcubuit: ⁊
secreto pepigit: q̄ in reditu suo vxorē repudia-
ret: ⁊ ipsam assumeret. Qd̄ vxor sua filia regis
arethe damascenoꝝ cōperēs nō expectatō viri
reditu: ad patrē festinavit. Rediens autē herodes
herodiasē philippo abstulit: ⁊ sibi in cōiui-
gem accepit. Eūq̄ de hoc a iohanne baptista
argueretur: ipm̄ in carcere vinculauit: vxorē quo-
q̄ placere cupiens cum occidere voluit: sed po-
pulum timuit: vt tamen occasione inueniret: se-
creto cum vxore condidit: vt herodes die nata-
lis sui celebratio conuulso: puella saltanti fille
ipsius herodiasis quicquid peteret se ei datu-
rum iuramento firmaret: ⁊ ipsa caput iohānis
peteret: quod ei propter iuramentum tribuere
oporteret: sed de iuramento facto: cōstritari se
simularēt. Ordinato igif cūctis principib⁹ sus-
tis conuulsa puella coram omnibus saltat: cui-
ctis placet: se ei quicquid peteret daturum res-
surar: a matre monita caput iohānis exposu-
it. Versipellis herodes se propter iurandū
tristem simular: spicularozem mitrit: ⁊ iohannē
in carcere decollari fecit: caput in disco puella
datur: ⁊ a puella matri adultere p̄sentatur. In
hac autem die iohannes decollatus nō est: sed
circa dies azimorum eodem die passionis xp̄i:
anno videlicet precedente: sed oportuit: vt pro-
pter dominica sacramenta minor cederet maio-
ri. Herodes autem impunitus non abiit: sed
p hoc scelere in exiliū a cesare lugdunū missus
miserabiliter vitam finiuit. Dabebat em̄ ipsū
causā cesar suspectum: q̄ romano veller impe-
rio rebellare. In cuius argumentum comperu-
it: q̄ in ciuitatibus suis haberet arma pro se-
ptuaginta milia armentorum. De herodiasē
autem dicitur: q̄ dum caput iohānis in manib⁹
teneret: ⁊ eidem gaudens plurimum insulta-
ret: diuino iudicio caput in eam insufflauit: ⁊

illa protinus exspirauit. Filia hō eius cum sup-
glacem ludens deambulare: sub ea glacies re-
soluitur: ⁊ ipsa in aquis cōtinuo p̄focaf. Secū-
cundo celebrat hoc festū ppter ipsius offiū cō-
cremationem ⁊ collectionē: que ipsa die scz. iij.
kalen. septembris fm̄ quosdam fuerunt concre-
mata ⁊ a fidelib⁹ ex parte collecta: vnde quasi
scdm̄ martyriū paritur: cum in suis ossibus con-
crematur. Et ideo ecclesia hoc festū quasi scdm̄
eius martyriū celebrat. Nam sicut legitur ex
xij. libro hystorie ecclesiastice: cum discipul⁹ iohā-
nis corpus eius apud sebasten urbem pale-
stine: inter heliseum ⁊ abdiā prophetas sepe-
lissent: ⁊ ad eius tumulum miracula crebra fies-
rent: iubente iuliano apostata gentiles ossa ei⁹
sparserunt: ⁊ miraculis adhuc non cessantibus
collecta igne cremauerūt: ⁊ puluere per agros
ventilarunt. Dum autem die cremandum collig-
gerentur: quidam monachi ex hierosolymis ve-
nientes: colligentibus se late enter miscuerunt:
et magnam eorum partem tollentes ad philip-
pum episcopum hierosolymitanū detulerunt:
qui ea postmodum atanasio alexandrino episco-
po misit. Postmodum hō theophilus eiusdem
urbis episcopus: ea in templo serapis a sordib⁹
purgato reposuit: ⁊ ecclesiam in honore iohā-
nis baptiste dedicauit. Nunc autem eadem ossa
apud sanuam esse dicuntur: ⁊ ibidem deuote
coluntur: sicut alexander tertius ⁊ innocentius
quart⁹ pape suis priuilegijs approbarunt. Ter-
tio celebratur propter capitis ipsius inuentio-
nem: que hoc die scz. iij. kalen. septembris fa-
cta est. Sicut enim dicitur in. xi. libro hystorie
ecclesiastice. Iohānes in castello arabie dicto
macheronta fuit vincus ⁊ capite truncatus.
Herodes autem caput iohānis in hierusalem
fecit deferri: ⁊ iuxta habitaculum suū caute se-
pelliri: timens ne propheta resurgeret: si corp⁹
cum capite sepultū esset. Tempore hō marria-
ni principis: qui cepit anno dñi. cccclij. Iohan-
nes caput suum duobus monachis reuelauit:
qui illud iuxta dictum palatium inuenerūt sac-
cis ellicinis inuolutū. Qui dum ad propria cū
dicto capite remearent: quidā edessene ciuitas
tis figulus paupertatem fugiens se comitem
eisdem exhibuit. Et dum peram sibi creditā cū
sacro capite portaret: admonitus in somnis a
sancto iohāne: eos fugiens edessenā urbem cū
sancto capite ingressus est: vbi q̄ diu vixit san-
ctum caput in quodam specu venerans prospe-
ritatem maximā affecit: est. Dorien autē il-
lud sorozī sue sub fide reuelauit: et eodē modo
in uicē successores. Post multū hō ipis mar-
cello monacho in eodem specu degenti hoc mo-
do reuelatur. Nā prima nocte dormiēti sibi uise
sunt: q̄ turbe psallētes incederēt: post quos iohā-
nes baptista duob⁹ angelis comitat⁹ uentret
qui omnib⁹ astatib⁹ benedixit: ⁊ marcellū per-
mentū apprehēdes: osculū pacis ei dedit. Qui

eum vnde venisset illic quesivit: illeq; se de se-
baste venisse respondit. Sequenti nocte cum
de tali visione admiratus iterum dormiret: qui-
dam enim subito excitavit: et vigilans vidit in
ostio celle stellam fulgentem: quam dum palpare vel-
let: in alia parte se transtulit: et sic in pluribus lo-
cis post eam iuit. Tandem in loco ubi erat sanctum
caput requisivit: ubi fodiens repperit vnam: et
in ea sanctum thesaurum. Sed cum quidam hoc non
credens manum in hydriam misisset: statim manum ex-
aruit: et hydrie adhesit. Quibus autem sociis ma-
num abstraxit: sed invalida remansit: cui iohannes
apparuit dicens: ut cum caput eius in eccle-
sia poneret: hydriam contingeret: et sanitatem inte-
gram perciperet. Quod et factum est. Cum autem marcel-
lus hec omnia iuliano ipsius verbis episcopo indit-
casset: caput de spelunca ab eis est elevatum: et in
ipsam urbem delatum. Et ex eadem die cepit in ipsa
civitate decollatio iohannis celebrari: qua ca-
put eius inuentum est: scilicet. iiii. kal. septembris. **C**ir-
cum autem caput postmodum constantinopolim transla-
tum est. Nam ut in tripartita habet cum valde im-
peratores: caput sanctum vehiculo impositum constan-
tinopolim transferri iussisset: cum circa calces
doniam venissent vehiculum nullatenus ulterius
trahi potuit: ideoque ipsum ibidem dimittere co-
acti sunt. Sed cum postmodum theodosius ipsum in-
de auferré velleret: virginem quendam custodie ca-
pitis deputatam rogavit: ut sibi illud inde porta-
re dimitteret. Illa autem consentit: credens quod sicut
alias ira etiam tunc non permitteret se auferré:
quod imperator purpura sua operis constantinopolim
transtulit: et ibidem locato ecclesiam edificavit. In
de quoque ad gallias apud picrauiam a pipino re-
ge translatum est: ubi eius meritis mortui plures
suscitari sunt. Quarto propter digitum translationem:
et ecclesie dedicationem. Digitus enim ille: ut dicitur quo-
dam ostendit: nunquam comburi potuit: qui a predictis
monachis repertus est: ipsumque sancta theca in
ter alpes transtulit: et in ecclesia sancti martini
collocavit: ut in scholastica habetur. Iohannes
beletus etiam dicit: quod predicta sancta theca ipsum
digitum de vltra marinis partibus attulit: et in ro-
mantiam portavit. Ibidemque ecclesiam in honorem
baptiste fabricavit: quam ecclesiam hac die quidam
dedicatam asserunt: et ideo tale festum. iiii. kalen-
septembris celebrare ceperunt.

CDe sancta Sabina martyre. Cap. cxxxiiij.



Sabina mar-
tyr
rome passa est
pore adriani im-
peratoris sub p-
fecto verbis elpidio. Hec fuit
uxor cuiusdam preclarissimi va-
lentini: et filia herodis metal-
larum. Que a sancta seraphia
virgine conuersa est ad domi-
num. Eius etiam corpus se-

pelluit ipsa sabina: ut dicit infra in passione se-
rappie. iij. non. septembris. Et post martyrium
eius beata sabina ano fere integro elemosinis
et refectionibus pauperum instaduit. Demum
a prefecto verbis elpidio comprehensa compelle-
bat: ut ipsum negaret: et idolis immolaret. Que
cum se soli christo deo vero: et non demonis sacri-
ficaturam diceret. Iussu nequissimi prefecti de-
collatur: et facultates eius omnes fisco applica-
cantur. Eius corpus a christianis sepultum est
in oppido vendienti ad arcum faustini quarto
kalen septembris ubi ipsa corpus serappie vir-
ginis posuerat.

CDe sanctis Gauniano martyre
et Gauna virgine. Cap. cxxxv.



Gaunianus

nus martyr et
Gauna virgo
in civitate tre-
chas veneran-
tur. Hi nobilissimi viri saui-
ni: sed gentilis filii fuerunt: qui
de prima uxore sauiniani ge-
nuit: de secunda coniuge saui-
nam procreavit. Gaunianus
autem legens verbum illud. Asperges me et.
Et intelligere non valens: in cinere et cinis
stratus iacebat: dicens se male mori: quod non in-
telligere sensum verbi. Cui apparuit angelus
domini: et sic dicit: quod si baptizari velleret: nunc ca-
didus fieret: et tunc quod querebat intelligere-
ret. Exinde igitur idola contemnens de civitate
te aufugit: et ad urbem trechasinam devenit. Et
cum ad fluvium sequane venisset a presbytero
christiano baptizatus est: et voce celica confortatus:
quia tunc quod dudum quesierat inuenisset.
Gratumque baculum suum in terra fixit: et con-
festim frondes: ac flores produxit. Quo viso
miraculo. De viri in domino crediderunt.
Audens hec Aurelianus imperator ad ipsum
capiendum milites misit. Qui eum orantem in-
uenientes ad eum accedere timuerunt. Misit
sterum plures prioribus: qui cum orante ora-
uerunt: et ut secum ad augustum accederet: so-
lito precibus impetrarunt. Qui cum venisset et sa-
crificare nolleret. Imperator eum manibus ac pedibus
vinculum iussit virgis ferreis cedi. Deinde
sup scannu eneu ligari: et ligna ac oleum supponit:
et incendio cremari. Et cum in medio flamma ille-
sus oraret: et hec aurelianus magis attribueret:
in crastino fecit eum ad stipitem ligari: et a militibus
spendebant: et a nulla ipsarum martyrum dicitur lede-
batur. Et cum imperator ad spectaculum istud ac-
cederet: vna ex sagittis regem in oculo percussit: et
penitus excecauit: vnde iratus imperator iussit eum
in carcere recipi: et in crastino decollari. Gaun-
ianus autem orans: ut ad locum ubi baptizatus fue-